Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput XII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

adeò res ipsa expectationem omnium vicit, cùm ab octo navigijs naves XXV. captivas agi viderunt. Confestim igitur victrici classi ad urbem appellente, cuncta civitas ab ingenti metu aliviata, se se obviam effudit. Franciscus inprimis magnæ victoriæ ac lætitiæ pars, procedit ad litus. Egressum in terram Ducem, aliosque primores classis, gratulabundus amplectitur. Inde in communi gaudio et gratulatione, cùm tempus victoriæ accuratius exquireretur, non tam dictum constitit, verum etiam res ipsa vaticinio cum prædictione convenit Xaverij. Eòque plus admirationis res habuit, quod locus, ubi pugnatum erat amplius CC. millia passuum aberat Malaca. Ex eo tempore Malacæ haud magis sanctitate quàm vaticinatione conspicuus fuit. Cæterum iisdem temporibus sanctitatis eius fama Orientem pervagata ex ultimis terris homines ad Xaverium visendum exciuit.

Octo Lusitanorum navigia XXV. captivas barbarorum naves agunt. b

Anger Japon Francisci congressu ad Christum convertitur.

Cap: XII.

Mensibus circiter quatuor in Malacensi civitate iuvanda consumptis navigandi facultatem nactus, in Indias cogitabat, cùm ad eum Malacam Japon quidam, Anger nomine, inde usque ab Japonia venit, vir domi suæ honesto loco natus, et ingenio singulari præditus. Causa veniendi fuit, ut animi vulneribus, quæ juventuti inflixerat furor, ab eo peteret medicinam. Quippe homicidio facto in Japonia, conscientiæ stimulis inimicorumque telis pariter exagitatus ad Bontiorum, i. religiosorum apud illos hominum, coenobium confugerat, simul conscientiæ remedium et vitæ perfugium quærens. Sed utraque eum spes fefellit.

Bontij Japonum Sacerdotes.

fefellit; atq; id ipsum ei saluti fuit. Cum nihil opis
ac praesidij in Bonzijs reperisset, alienato ab illis ani-
mo, externa auxilia circumspicere coepit. Peroppor-
tunè è commercij causa naues aliquot appulerant
Lusitanorum, è quibus Alfonsus Vazius illi antea
notus, re cognita, pro ueteri amicitia ultro suam
obtulit operam, si occulta fuga subtrahere se
periculo vellet. Ille enimvero, gratijs actis, se
eius liberalitate ostendit usurum. Itaque Vazius
prospiciens animo suam nauim diutius ibi in ne-
gotijs expediendis moraturam, ut primo quoque
tempore amici hominis saluti consuleret, Ferdi-
nando Aluaro, necessario suo, ex alio portu sol-
uenti in Indiam, eum per literas commendat
diligenter: commendatitias literas Angeri ipsi
tradit. Eas ille nocte intempesta dum perferret,
gemini cognominis errore deceptus, Georgio
Aluaro nauarcho reddidit, errore salutari. Is
hominis Japonis demerendi occasionem neu-
tiquam sibi praetermittendam existimans, erro-
re dissimulato, perhumaniter exceptum auexit,
eo consilio, ut Malacam ad Xauerium fami-
liarem suum adduceret. Itaque ut erat vir
pius, vel Angeris sibi conciliandi, vel ad Chri-
stianam religionem praeparandi studio, multa ei
tum de insigni Xauerij sanctimonia, rebusque
gestis, tum de Christianorum institutis identidem
exponebat in via. Anger ergo et talis viri, et
instituti cognoscendi avidus, Malacam propera-
bat, Xauerium, quem tanquam diuinum hominem
ex Aluari ore mirabatur, aliquando videre &
audire festinans. Caeterum injecta mora, eius cu-
piditatem primò, ut fit, turbauit, deinde magis
accendit. Malacam Anger aliquot mensibus
ante Francisci ex Moluco reuersionem appulit.
Ibi cum auidissimè quaeritans reperit eum diu
abesse Malaca. Quocirca, re infecta, domum repe-
tere

Anger Xauerium alioqui expetit.

terra decessit, tristis admodum, frustra tam
longo itinere suscepto. Abest quippe Malaca
à Japonia leucis circiter DCCC, pari ferè
spatio Indum inter et Japoniam sita. Mala
ca ergo cùm solvisset, ad Sinarum fines tri
ferè vicesimum navigatione trajecit, leucas à
Malaca circiter D. Ibi paulisper substitit, in
Japoniam (: ea inde aberat millia passuum ferè
DCCC :) propediem transmissurus. Ab Sinis
deinde profectus, sexto septimòve die in con
spectum jam venerat Japoniæ; cùm repentè
adversis ventis, quasi dissuasor consilij, obsi
tis: foedissimâque totius quatridui tempestate
iactatum, in eum ipsum Sinarum portum rejecit,
unde conscenderat. Ibi ei incerto jam animi,
fluctuantique non sine Dei ubique consilio, idem
ille Alphonsus Varius fit obviam, qui ei auctor
fuerat Japonia excedendi. Hujus ergo suasu
Malacam, quò iam Xaverius adventare fere
batur, revertitur, anno sæculi hujus XLVIII.
Egrediens è navi, Georgium Alvarum, à quo
primùm ex Japonia deportatus fuerat, mira
opportunitate offendit, ex eo cognoscit de adven
tu Xaverij. Georgius igitur Angeris reditu mirè
lætus, eum continuò in templum ad Franciscum,
cuius curâ venerat, deduxit, qui sit, quid velit,
exponit. Tum ille quasi divinans fore, ut per
eum via sibi fieret in Japoniam, quantum ex
hominis Japonis adventu perceperit volupta
tis, haud sanè obscurè vultu verbisque decla
ravit. Et Anger, haud rudis Lusitanicæ linguæ
sine interprete cum Francisco agere de suis
rebus cœpit. Quem ille benignè exceptum, &
indulgenter habitum, ita diligenter Christianis
mysterijs ac præceptis excoluit, ut omnibus ex
eis

Malaca quàm longò absit à Japonia.

Dei providentia

Angeris adventu lætatur Xaverius

eius animo scrupulis exemptis, quadam senum pro-
bataque insereret vita. Itaque Anger ex aspectu
et consuetudine Xaverij maximum se vitæ et pere-
grinationis suæ fructum cepisse præ se semper
tulit. Simul illud memorabile, totam itineris sui
rationem haud dubiè administratam divinitus, ut
Angeris cupiditas discendi. avidius arriperet, quod studiosius expetisset. Et
vero cupido discendi se prodidit brevi: nam Cate-
chismi explicationi cum interesset, sua sponte
Symboli capita in codicem relata in cœtu populi,
homo id ætatis, subinde recitabat memoriter,
multa quoque percontabatur, multa obijcie-
Japonum scribendi ratio bat, non minus prudenter quàm acutè. Ja-
pones in scribendi ratione longè à cæteris nati-
onibus abhorrent quippe à summo orsi, dire-
ctò ad ima descendunt. Id Franciscus in Ange-
ris libello ob rei novitatem miratus, quærit ex
eo, cur nostro more non scriberent, et ille,
Quin vos, inquit, potius more nostro, naturam
utique magistram sequimini. Namque ut
hominis caput summum est, pedes imi, sic par
est in scribendo à summo deorsum directò ferri
hominis manum. Xaverius igitur cum magnæ
indolis specimen ex Angeri dictis factisque
cepisset, rursus instituit quærere, an Japones,
si Evangelium ad eos deferretur, id accepturi vide-
rentur. Tum ille, non protinus eos quidem his,
quæ dicerentur, assensuros ait; sed tum religio-
nem ipsam, tum verò vitam dicentis exploraturos.
Vitæ probitas doctrinæ respondens. Cuius si et doctrina percontationibus, et vitæ probi-
tas experimentis illorum satisfaceret, ad ultimum,
sicut gens universa ducem maximè sequitur ratio-
nem, re cognita atque perspecta, adultos haud gra-
vatè ad Christum aggregaturos se. His vocibus
excitatus Xaverius, et simul mercatorum nuper qui-
dam de Japonum indole prædicantium sermonibus
accensus, Japoniæ Evangelio imbuendæ animum ad-
jecit. Octavo quàm Anger Malacam venerat die

cu Franciscus

cum Franciscus, ex itinere neophytos Comorine
ses revisurus, una cum eodem illo Georgio Alua
ro Joam praemisit, in Goensi collegio Christianis
mysterijs institutis quae accuratius excolendum.
Caeterum ipse Malacensi civitati efflagitanti, ut
duos e Societate Malacam mitteret, qui suo loco
eadem pietatis munia exequerentur, negare
non potuit. Extemplóque Sacerdoti cuidam indi
genae mandavit, ut sui muneris vicarius neophy-
tos tantisper antemeridianis audiret horis.

Tempestate perfunctus Comorinensibus Socijs praeceptum tradit.

Cap. XIII.

Inde navim conscensurus, naviculariis exora
vit, ut pueros quosdam (: quos e Moluco ab
duxerat, in Goensi Collegio instruendos :) deve
heret in Indiam. Quos illi committens, repeti
ns Divini Spiritus afflatu ter denunciavit, male
se metuere ne magnum in itinere ea navis ac-
ciperet incommodum. Nec vana denunciatio
cecidit. Insulam Coilanum navis praeteriens, hae
sit in syrtibus: iamque spes salutis nulla erat,
cum repente, B. Mariae ope simul ab omnibus
implorata, divina benignitate periculo eripitur,
& Cocinum appellit incolumis. Haud secundiore
cursu, sed meliore conditione, navis usa, quae
Xaverium vehebat. Per triduum teterrima tem
pestate vexata est, ut vectores, iactura jam
facta mortem in horas ac momenta singula
exspectarent. At Franciscus intrepidus adeo,
quin caeteros terreret, sedato animo, caelestes
omnes ordine deprecari, Caelestiumque Regem
ac Reginam impensè invocare instituit. Vir
ille deprecatoribus praesidijs quae secutus (: ut
ipse postea indicavit :) longe majore laetitia
affectus est.

Divinatio praesagientis animi

Magnitudo animi tempestatis periculo